

Oratio.

DEus, qui cōspicis omni nos virtūte destitui: intērius extēriusque custodi; ut ab omnibus adversitatibus muniāmur in corpore, & à pravis cogitationibus mundēmur in mente. Per Dōminum nostrum Jesum Christum.

DOMINICA II
in Quadragesimæ.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Non sit vobis vanum manē surgere ante lucem: Quia promissit Dōminus coronam vigilāntibus. *Psalmus.* Venite, exultēmus. 1.

Hymnus.

EX more docti mystico
Servēmus hoc jejūniū,
Deno diērum circulo
Ducto quater notissimo.
Lex & prophēta primitūs
Hoc prætulērunt, postmodū
Christus sacrāvit, omnium
Rex atque factor tēporum.
Utāmur ergo pārciūs
Verbis, cibis, & pōtibus,
Somno, jocis, & arcīdiis
Perstēmus in custōdiā.
Vitēmus autem nōxia,
Quæ subruunt mentes vagas;
Nullūmq; demus cāllidi
Hostis locum tyrānnidi.
Flectāmus iram vindicem,
Florēmus ante Jūdicem,
Clamēmus ore supplicii,
Dicāmus omnes cēruui:
Nostris malis offēndim;
Tuam Deus clemēntiam;
Effunde nobis dēsūper
Remissor indulgēntiam.
Memento quōd sumus tui,
Licet cadūci plāsmatis,
Ne des honōrem nōminis
Tūi, precāmur, ālteri.
Laxa malum quōd scēmus,
Auge bonum quōd pōscimus;
Placēre quō tandem tibi
Possimus hic, & pēpetim.

Præsta beāta Trīnitas,
Concede simplex Unitas;
Ut fructuosa sint tuis
Jejūniūmūnēra. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.
Servite Dōmino. *Psalm.* Beatus vir,
eum reliquit de *Psalterio.* 2.
De libro Gēnesis.

Lectio j.

SEnuit autem Isaac, & caligaverunt oculi ejus, & vidēre non poterat: vocavitque Esau filium suum majōrem, & dixit ei: Fili mi? Qui respondit: Adsum. Cui pater: Vides, inquit, quōd sēserim, & ignōrem diem mortis meæ. Sume arma tua, phāretram, & arcum, & egrēdere foras: cūmq; venātū aliquid apprehēderis, fac mihi indē pulmētum sicut velle me nosti, & affer ut cōmedam: & benedicat tibi ānima mea āntequam mōriar. Quod cūm audisset Rebēcca, & ille abiisset in agrum, ut jussionem patris impleret, dixit filio suo Jacob: Audiui patrem tuum loquētem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei: Affer mihi de venatione tua, & fac cibos ut cōmedam, & benedicam tibi coram Dōmino āntequam mōriar. Nunc ergo fili mi, acquiesce consiliis meis: & pērgens ad gregem, affer mihi duos hōcos optimos, ut faciā ex eis escas patri tuo, quibus libēnter vēscitur: quas cūm intuleris, & comēderit, benedicat tibi priusquam moriātur.

R. Tolle arma tua, phāretram, & arcum, & affer de venatione tua ut cōmedam: Quod benedicat tibi ānima mea. *V.* Cūmq; venātū aliquid attuleris, fac mihi indē pulmētum ut cōmedam. Et.

Lectio ij.

Cui ille respondit: Nosti quōd Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis: si attraxerit me pater meus, & sēserit, timeo ne

pu-

putet me sibi voluisse illūdere, & indicam super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater: In me sit, ait, ista maledictio, fili mi: tantū audi vocem meam, & pērgens, affer quæ dixi. Abiit, & attulit, deditque matri. Parāvit illa cibos, sicut velle nōverat patrem illus. Et vēstibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum: pelliculāsque hōedorū circumdedit mānibus, & colli nuda protēxit. Deditque pulmētum, & panes, quos cōxerat, trādīdit. Quibus illatis, dixit: Pater mi? At ille respondit: Audio. Quis es tu fili mi? Dixitque Jacob: Ego sum primogēnitus tuus Esau: feci sicut præcepisti mihi: surge, sede, & cōmede de venatione mea, ut benedicat mihi ānima tua. Rursūmq; Isaac ad filium suum? Quo modo, inquit, tam citō invenire potuisti, fili mi? Qui respondit: Volūtas Dei fuit, ut citō occurreret mihi quod volēbam.

R. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dōminus: erescere te faciās Deus meus sicut arēnam maris: Et donet tibi de rore cœli benedictionem. *V.* Deus autem omnipotens benedicat tibi, atque multiplicet. Et donet.

Lectio iij.

Dixitque Isaac: Accede huc, ut tangam te fili mi, & probem utrum tu sis filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem, & palpato eo, dixit Isaac: Vox quidem, vox Jacob est: sed manus, manus supi Esau. Et non cognōvit eum, quia pilosā manus similitudinē majōris expresserat. Benedicens ergo illi ait: Tu es filius meus Esau? Respondit, Ego sum. At ille: Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua, fili mi, ut benedicat tibi ānima mea. Quos cūm oblātis comedisset, obtulit ei etiam vinum. Quo hausto,

dixit ad eum: Accede ad me, & da mihi osculum, fili mi. Accessit, & osculatus est eum. Statimque ut sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait: Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dōminus. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguēdine terræ abundantiam frumenti & vini. Et sērviant tibi pōpuli, & adōrent te tribus: esto dōminus fratrum tuorum, & incurvēntur ante te filii matris tuæ: qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus replēatur.

R. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguēdine terræ abundantiam: sērviant tibi tribus: & pōpuli: Esto dōminus fratrum tuorum. *V.* Et incurvēntur ante te filii matris tuæ. Esto dōminus. Glōria Patri. Esto.

In secundo Nocturno.

Antiphona. Bonōrum mōrum.

Psalm. Conserva, cum reliquis. 8.
Ex libro Sancti Augustini Episcopi
contra mendaciūm.

Cap. 10. rom. 4. post iniriūm.
Lectio iij.

Jacob quod matre fecit auctore, ut patrem fallere videretur, si diligenter & fideliter attendatur, non est mendaciūm, sed mysteriūm. Quæ si mendacia dixerimus, omnes etiam parabolæ ac figuræ significantiarum quarumcumque rerum, quæ non ad proprietatem accipiendæ sunt, sed in eis aliud ex alio est intelligendum, dicentur esse mendaciæ quod absit omnino. Nam qui hoc putat, trōpicis etiam tam multis locutionibus omnibus potest hanc importare calumniam: ita ut hæc ipsa, quæ appellatur metāphora, hoc est, de re propria ad rem non propriam verbi alieius usurpata translatio, possit ista ratione mendaciūm nuncupari.

R. Dum exiret Jacob de terra sua, vidit glōriam Dei, & ait: Quam ter-

ribilis est locus iste! Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. Verè Deus est in loco isto, & ego nesciebam, Non est.

Lectio v.

Quæ significantur enim, utique ipsa dicuntur putantur autem mendacia, quoniam non ea, quæ verè significantur, dicta intelliguntur; sed ea, quæ falsa sunt, dicta esse creduntur. Hoc ut exemplis fiat planius, id ipsum quod Jacob fecit, attende. Hædinis certè pellibus membra contexit. Si causam proximam requiramus, mentium putabimus: hoc enim fecit, ut putaretur esse qui non erat. Si autem hoc factum ad illud, propter quod significantur verè factum est, referatur per hædinis pelles, peccata: per eum verò, qui eis se operuit, ille significatus est, qui non sua, sed alièna peccata portavit.

R. Si Dominus Deus meus fuerit mecum in via ista, per quem ego ambulabo, & custodierit me, & dederit mihi panem ad edendum, & vestimentum quo operiar, & revocaverit me cum salute. Erit mihi Dominus in refugium, & lapis iste in signum. **V.** Surgens ergo manè Jacob, tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundensque oleum desuper, dixit. Erit.

Lectio vi.

Verax ergo significatio nullo modo mendacium rectè dici potest: ut autem in facto, ita & in verbo. Nam cum ei pater dixisset: Quis es tu, fili? Ille respondit: Ego sum Esau primogenitus tuus. Hoc si referatur ad duos illos geminos, mendacium videbitur: si autem ad illud, propter quod significantur, ista gesta dictaque conscripta sunt; ille est hic intelligendus in corpore suo, quod est ejus Ecclesia, qui de hac re loquens, ait: Cum videritis

Abraham, & Isaac, & Jacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Et, Venient ab Oriente & Occidente, & Aquilone & Austro, & accumbent in regno Dei. Et, Ecce sunt novissimi, qui erant primi: & sunt primi, qui erant novissimi. Sic enim quodammodo minor majoris primatum frater abstulit, atque in se transtulit fratris.

R. Erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei: & de universis quæ dederis mihi. **V.** Decimas & hostias pacificas offeram tibi. **V.** Si reversus fuero prosperè ad domum patris mei. Decimas, Glòria Patri. Decimas.

In tertio Nocturno, Antiphona. Non sunt loquela. Psalmus. Cœli enarrant, cum reliquis. 11.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vij. Cap. 17.

In illo tempore: Assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelsum seorsum: & transfiguratus est ante eos. Et reliqua.

De Homilia Sancti Leonis Papæ.

Ex Homilia de Transfiguratione Domini.

Assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & fratrem ejus Joannem, & conscenso cum eis seorsum monte præcelsò, claritatem suæ gloriæ demonstravit: quia licet intellexissent in eo majestatem Dei, ipsius tamen corporis, quo divinitus tegebatur, potentiam nesciebant. Et ideo propriè, signanterque promiserat, quosdam de astantibus discipulis non prius gustare mortem, quam viderent Filium hominis venientem in regno suo, id est, in regia claritate, quam spiritaliter ad naturam suscepit hominis pertinentem, his tribus viris venit esse conspici-

pi-

plectam. Nam illam ipsius Deitatis ineffabilem & inaccessibleem visionem, quæ in æternam vitam mundis corde servatur, nullo modo mortali adhuc carne circumdati intueri poterant & videre.

R. Dixit Angelus ab Jacob: Dimitte me, aurora est. Respondit ei: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Et benedixit ei in eodem loco. **V.** Cumque surrexisset Jacob, ecce vir luctabatur cum eo usque manè: & cum videret quod eum superare non posset, dixit ad eum. Dimitte.

Lectio viij.

Dicente Patre: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite: nonne evidenter auditum est. Hic est Filius meus, cui ex me & mecum esse sine tempore est? quia nec genitor genitor prior, nec genitus est genitore posterior. Hic est Filius meus, quem

iam me non separat Deitas, non dividit potestas, non discernit æternitas. Hic est Filius meus, non adoptivus, sed proprius: non aliunde creatus, sed ex me genitus: nec de alia natura mihi factus comparabilis, sed de una essentia mihi natus æqualis.

R. Vidi Dominum facie ad faciem: & Et salva facta est anima mea. **V.** Et dixit mihi: Nequaquam vocaberis Jacob, sed Israël erit nomen tuum. Et salva.

Lectio ix.

Hic est Filius meus, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil: qui omnia quæ facio, similiter facit; & quidquid operor, inseparabiliter mecum atque indifferenter operatur. Hic est Filius meus, qui eam, quam mecum habet æqualitatem, non rapinâ appetit, nec usurpatione presumpsit: sed manens in forma gloriæ meæ, ut ad reparandum genus humanum exequeretur commûne consilium, us-

que ad formam servilem inclinavit incommutabilem Deitatem. Hunc ergo, in quo mihi per omnia bene complacere, & cujus prædicatione manifestor, cujus humilitate clarificor, incunctanter audite: quia ipse est veritas & vita, ipse virtus mea atque sapientia.

R. Cum audisset Jacob quod Esau veniret contra eum, divisit filios suos & uxores, dicens: Si percussit Esau unam turmam, salvabitur altera. **V.** Libera me Dòmine, qui dixisti mihi: Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & sicut arenam maris, quæ præ multitudinè numerari non potest. **V.** Dòmine, qui dixisti mihi, Revertere in terram nativitatis tuæ: Dòmine, qui pacis me ad juventutè mea. Libera. Glòria Patri. Multiplicabo.

AD LAUDES,

Antiphona.

Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Psalmus. Misereere, cum reliquis de Laudibus Dominicæ Septuagesimæ, 308. Ant. Dextera Dòmini fecit virtutem: dextera Dòmini exaltavit me. Psalmus. Confitemini Dòmino. 309. Ant. Factus est adiutor meus Deus meus. Psalmus. Deus, Deus meus. 310. Ant. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant in camino ignis, benedicentes Dòmino. Canticum. Benedicite. 310. Ant. Staturus ea in æternum, & in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non prateribit. Psalm. Laudate Dòminum de cœlis. 311.

Capitulum.

1. Thers. 4.

Fratres, Rogamus vos & obsecramus in Dòmino Jesu, ut quemadmodum acceptistis à nobis quomodò vos oportet ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis ut abundetis magis.

Hymnus.
Q Sol salutis, intus
 Jesu refulge mentibus,
 Dum nocte pulsa gratior
 Orbi dies renascitur.
Dans tempus acceptabile,
 Da, lacrymarum rivulis
 Lavare cordis victimam,
 Quam leta adorat charitas.
Quo fonte manavit nefas,
 Fluent perennes lacrymæ,
 Si virga poenitentiae
 Cordis rigorem conterat.
Dies venit, dies tua,
 In qua reserent omnia:
 Latemur & nos in viam
 Tuâ reduci dextera.
Te prona mundi machina
 Clemens adoret Trinitas,
 Et nos novi per gratiam
 Novum canamus canticum. Amen.
Angelis suis Deus mandavit de te.
R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ad Benedictus. Antiphona.
 Assumpsit Jesus discipulos suos, & ascendit in montem, & transfiguratus est ante eos.

Orationis, qui conspicis omni nos virtute destitit: interius exteriusque custodi; ut ab omnibus adversitatibus muniamur in corpore, & a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

Ad Primam. Antiphona. Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliae unum.

Capitulum. Regi saeculorum, eum reliquis.

Ad Tertiam. Antiphona. Domine bonum est.

Capitulum. **O**rationis, qui conspicis omni nos virtute destitit: interius exteriusque custodi; ut ab omnibus adversitatibus muniamur in corpore, & a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

Ad Sextam. Antiphona. Faciamus hic tria tabernacula: Tibi unum, Moysi unum, & Eliae unum.

Capitulum. **H**ec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: ut abstinere vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore. **R. Scapulis suis.** Obumbrabit tibi. **Scapulis.** Et sub pennis ejus sperabis. Obumbrabit tibi. Gloria Patri. **Scapulis.** Scuto circumdabit te veritas ejus. **R.** Non timebis à timore nocturno.

Ad Nonam. Antiphona. Visionem, quam vidistis, nemini dixeritis, donec à mortuis resurgat Filius hominis.

Capitulum. **N**on enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem, in Christo Jesu Domino nostro.

R. Scuto circumdabit te. Veritas ejus. Scuto. Non timebis à timore nocturno. Veritas. Gloria Patri. Scuto. Angelis suis Deus mandavit de te. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ad Vesperas. Antiphona & Psalmus. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica. **Capitulum.** **R. Rogamus vos.** Hymnus. **Audi,** benigne Conditor, ut supra. **R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.**

Ad Magnificat. Antiphona. Visionem, quam vidistis, nemini dixeritis, donec à mortuis resurgat Filius hominis.

Oratio. Deus, qui, ut supra. Deinde in Choro dicuntur Vesperae Defunctorum. **FERIA SECUNDA.**

Ad Matutinum, Invitatorium de Psalterio. 39. Hymnus. **Ex mo-**

more. 354. Antiphona, & Psalmi Nocturnorum de Psalterio. 39. Et sic dicitur etiam in aliis sequentibus Feriis.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio i. **I**n illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæorum: Ego vado, & quaeritis me, & in peccato vestro moriemini. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Tract. 38. in Joan. post initium.

Locutus est Dominus Judæis, dicens, Ego vado. Christo enim Domino mors profectio fuit, illo undè venerat, & undè non discesserat. Ego, inquit, vado, & quaeritis me, non desiderio, sed odio. Nam illum posteaquam accessit ab oculis hominum inquisierunt, & qui oderant, & qui amabant. Illi persequendo, isti habere cupiendo. In Psalmis ait ipse Dominus per Prophetam, Perit fuga à me, & non est qui requirat animam meam. Et iterum ait alio loco in Psalmo: Confundantur & revereantur requirèntes animam meam.

R. Dum iret Jacob de Bersabée, & pergeret Haran, locutus est ei Dominus, dicens: Terram, in qua dormis, tibi dabo, & seminii tuo. **V.** Aedificavit ex lapidibus altare in honorem Domini, fundens oleum desuper: & benedixit eum Deus, dicens. Terram.

Lectio ij. **C**ulpavit qui non requirerent, damnavit requirèntes. Bonum est enim querere animam Christi, sed quo modo eam quesierunt discipuli: & malum est querere animam Christi, sed quo modo eam Judæi quaesierunt: illi enim ut haberent, isti ut perderent. Denique istis, quia scis quaerènt more malo, corde perverso, quid secutus adjunxit?

Quaeritis me quæ; & ne putètis quia bene me quaeritis. In peccato vestro moriemini. Hoc est Christum malè querere, in peccato suo mori hoc est illum odisse, per quem possit solum salvus esse.

R. Apparuit Deus Jacob, & benedixit eum, & dixit: Ego sum Deus Bethel, ubi unxisti lapidem, & votum vovisti mihi: Crescere te faciam, & multiplicabo te. Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Crescere.

Lectio iij. **C**um enim homines quorum spes in Deo est, non debeant mala reddere nec pro malis, redderent isti mala pro bonis. Praenuntiavit ergo illis Dominus, dixit sententiam praesens, quod in suo peccato morerentur. Deinde adjunxit, Quò ego vado, vos non potèstis venire. Hoc & discipulis suis alio loco dixit: nec tamen eis dixit, In peccato vestro moriemini. Quid autem dixit? Quod & istis: Quò ego vado, vos non potèstis venire. Non abstulit spem, sed praedixit dilatationem. Quando enim hoc discipulis Dominus loquebatur, tunc non poterant venire quò ille ibat, sed postea venturi erant: isti autem nunquam, quibus praesens dixit, In peccato vestro moriemini.

R. Det tibi Deus de rore caeli, & de pinguedine terræ abundantiam: serviant tibi tribus & populi: Esto dominus fratrum tuorum. **V.** Et incurventur ante te filii matris tuae. Esto dominus. Gloria Patri. Esto.

Ad Laudes. Antiphona & Psalmus. Miserere mei Deus, cum reliquis de Psalterio. 47.

Capitulum. **I**raia 58. **C**exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Jacob peccata eorum.

Hymnus. O sol salutis, ut supra. 358. *V.* Angelis suis Deus mandavit de te. *R.* Ut custodiant te in omnibus vils tuis.

Ad Benedictus, Antiphona.
Ego principium, qui & loquor vobis.
Deinde dicuntur Preces, ut in Psalterio. 49.

Oratio.

Pæsta, quæsumus omnipotens Deus; ut familia tua, quæ se, affligendo carnem, ab alimentis abstinet, sectando iustitiam, à culpa jejūnet. Per Dñm̄num.

Hodie dicitur Officium Defunctorum. clix.

Ad Vesperas, Antiphona. Inclinauit. Psalmus. Dilèxi, cum reliquis de Psalterio. 103.

Capitulum.

Joëlis 2. d.

Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Dñm̄ni: & dicent: Parce Dñmine, parce populo tuo: & ne des hereditatem tuam in opprobrium ut dominentur eis nationes.

Hymnus. Audi benigne Conditor. 353. *V.* Angelis suis Deus mandavit de te. *R.* Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.
Qui me misit, mecum est, & non relinquit me solum: quia quæ placita sunt ei, facio semper.

Deinde dicuntur Preces, ut in Psalterio. 105.

Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus: & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, consueta misericordie tribue benigni effectum. Per Dñm̄num.

FERIA TERTIA.
Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j.

Cap. 23.

In illo tempore: Locutus est Jesus ad turbas, & ad discipulos

suos, dicens: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate, & facite: secundum opera verò eorum nolite facere. Et reliqua. Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 4. Comment. in cap. 23. Matth.

Quid mansuetius, quid benignius Dñmo? Tentatur à Phariseis, & confringuntur insidie eorum, & secundum Psalmistam, Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum: & nihilominus propter sacerdotij & nominis dignitatem hortatur populos, ut subjiciantur eis, non opera, sed doctrinam considerantes. Quod autem ait, Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei: per cathedram, doctrinam legis ostendit. Ergo & illud quod dicitur in Psalmo, In cathedra pestilentie non sedit: & Cathedras vendentium columbas evertit: doctrinam debemus accipere.

R. Dum exiret Jacob de terra sua, vidit gloriam Dei, & ait: Quam terribilis est locus iste! Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. *V.* Verè Deus est in loco isto, & ego nesciebam. Non est hic.

Lectio ij.

Alligant enim onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere. Hoc generaliter adversus omnes magistros qui gravia jubent, & minora non faciunt. Notandum autem, quod & humeri, & digitus, & onera, & vincula, quibus alligantur onera, spiritualiter intelligenda sunt. Omnia vero opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus. Quicumque igitur ita facit quodlibet ut videatur ab hominibus, Scribæ & Phariseus est.

R. Si Dñminus Deus meus fiserit mecum in via ista, per quam ego am-

ambulo, & custodierit me, & dederit mihi panem ad edendum, & vestimentum quo operiar, & revocaverit me cum salute: *V.* Erit mihi Dñminus in refugium, & lapis iste in signum. *V.* Surgens ergo manè Jacob, tulle lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundensque oleum desuper, dixit. Erit mihi Dñminus.

Lectio iij.

Dilatant enim philacteria sua, & magnificant fimbrias. Amant quoque primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutaciones in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Væ nobis miseris, ad quos Phariseorum vitia transierunt. Dñminus cum dedisset mandata legis per Moysen, ad extremum intulit: Ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos. Et est sensus: Præcepta mea sint in manu tua, ut opere compleantur; sint ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis. Hoc Pharisei malè interpretantes, scribebant in membranis Decalogum Moysi, id est, decem verba Legis, complicantes ea & ligantes in fronte, & quasi coronam capiti facientes, ut semper ante oculos moverentur.

R. Erit mihi Dñminus in Deum, & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei: & de universis quæ dederis mihi, *V.* Decimas & hostias pacificas offeram tibi. *V.* Si reversus fuero prosperè ad domum patris mei. Decimas. Gloria Patri. Decimas.

Ad Benedictus, Antiphona.

Unus est enim magister vester, qui in cœlis est, Christus Dñminus.

Deinde dicuntur Preces. 49.

Oratio.

Perfice, quæsumus Dñmine, benignus in nobis observantie sanctæ subsidium; ut quæ te aucto-

re faciendâ cognovimus, te operante impleamus. Per Dñm̄num.

Ad Magnificat, Antiphona.
Omnes autem vos fratres estis: & patrem nolite vocare vobis super terram: unus est enim Pater vester, qui in cœlis est: nec vocemini magistris, quia magister vester unus est Christus.

Deinde dicuntur Preces. 105.

Oratio.

Proptiare Dñmine supplicationibus nostris, & animarum nostrarum medere languoribus; ut remissione percipat, in tua semper benedictione lætemur. Per Dñm̄num nostrum.

FERIA QUARTA.

Hodie dicitur Psalmi Graduales. clxxij.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 20. b

In illo tempore: Ascendens Jesus Jerosolymam, assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis: Ecce ascendimus Jerosolymam, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabitur enim morte. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. de Fide ad Gratianum, cap. 2. post initium.

Considerate, quæ mater filiorum Zebedæi cum filiis & pro filiis petat: mater est utique, cui pro filiorum honore sollicita, immoderatio quidem, sed tamen ignoscenda mensura votorum est. Atque mater exte longævum, studio religiôsa, solatio desituta, quæ tunc temporis, quando vel juvennda, vel alenda foret validæ proli auxilio, abesse sibi liberos patiebatur, & voluptati suæ mercèdem sequentium Christum prætulera filiorum. Qui primâ voce

voctati a Dómino (ut légitimus) relic-
tis rébus & patre secuti sunt eum.
R. Dixit Angelus ad Jacob: **Q.** Di-
mitte me, auróra est. Respondit ei:
Non dimittam te, nisi benedixeris
mihí. Et benedixit ei in eodem loco.
V. Cúmque surrexisset Jacob, & ecce
vir luctabátur cum eo usque mané,
& cùm vidéret quod eum superáre
non posset, dixit ad eum. Dimitte.

Lectio ij.

Hæc igitur stúdio matérnæ se-
dulitátis indulgéntior obse-
crábat Salvatórem, dicens: Ut sé-
deant hi duo filii mei, unus ad dex-
teram tuam, & alter ad sinistram in
regno tuo. Etsi error, pietátis tamen
error est. Nesciunt enim matérna
viscera patiéntiam: etsi voti avára,
tamen veniábilis cupiditas, quæ non
pecuniæ est avida, sed gratiæ. Nec
inverecúnda petitió, quæ non sibi,
sed liberis consulébat. Matrem con-
sideráte, matrem cogítate.

R. Vidi Dóminum facie ad faciem:
Q. Et salva facta est ánima mea.
V. Et dixit mihí: Nequaquam vo-
caberis Jacob, sed Israël erit nomen
uum. Et salva.

Lectio iij.

Considerábat Christus matris di-
lectiõnem, quæ filiórum mer-
cedé grandævam solabátur sené-
tam: & desideríis licet fessa matr-
nis, charissimórum pignorum tole-
rábat abséntiam. Consideráte etiám
féminam, hoc est, sexum fragilió-
rem, quem Dóminus propriá non-
dum confirmáverat passióne. Consi-
deráte, inquam, Hevæ illius primæ
mulieris hæredem, transfúsus in om-
nes immoderátæ cupiditátis succe-
sióne labéntem: quam Dóminus
adhuc próprio sanguine non redé-
merat, nondum inólitam affecti-
bus ómnium immódicis contra fas
honóris appeténtiam suo Christus
crúore diluerat. Hæreditário igitur

tur mûlier delinquébat erróre.
R. Cùm audisset Jacob, quód Esaú
veníret contra eum, divisit filios suos
& uxóres, dicens: Si percússerit
Esaú unam turmam, salvábitur áltera.
Q. Libera me Dómine, qui dix-
isti mihí: **Q.** Multiplicábo semen
tuum sicut stellas cœli, & sicut aré-
nam maris, quæ præ multitudine
numerári non potest. **V.** Dómine,
qui dixisti mihí. Revértere in terram
nativitátis tuæ: Dómine, qui pas-
cis me à juventúte mea. Libera me.
Glória Patri. Multiplicábo.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ecce ascéndimus Jerosólymam: &
Filius hóminis tradétur ad crucifi-
géndum.

Deinde dicuntur Preces. 49.

Oratio.

Populum tuum, quæsumus Dó-
mine, propitius respice: & quos
ab escis carnálibus præcipis abstine-
re, à nóxiis quoque vitíis cessáre
concede. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Tradétur enim Géntibus ad illudén-
dum, & flagellándum, & cruci-
figéndum.

Deinde dicuntur Preces. 105.

Oratio.

Deus innocéntiæ restitutor &
amátor, dirige ad te tuórum
corda servórum; ut Spiritus tui fer-
vóre concépto, & in fide inventiantur
stábiles, & in ópere efficaces. Per
Dóminum. Qui tecum vivit & regnat
in unitate ejúdem Spiritus.

FERIA QUINTA.

Lectio sancti Evangelíi secundúm
Lucam.

Lectio j.

Cap. 16. c.

In illo témpore: Dixit Jesus Pha-
riseis: Homo quidam erat dives,
qui induebátur purpurá, & bysso:
& epulabátur quotidie splendide.
Et reliqua.

Ho-

Homilia Sancti Gregórii Papæ.

Homilia 40. in Evangelia.

Quem, fratres charissimi, quem
dives iste qui induebátur
purpurá & bysso, & epu-
labátur quotidie splendide, nisi
Judáicum pópulum signat: qui
cultum vitæ extérius hábit, qui
acceptæ legis delictis ad nitórem
usque est, non ad utilitatem? Quem
veró Lázarus, ulcéribus plenus,
nisi Gentilem pópulum figuráliter
exprimit? qui dum convér-
sus ad Deum peccáta confitéri sua
non erubuit, huic vulnus in cure
fuit. In cutis quippé vulnere virus
à viscéribus tráhitur, & foras
erumpit.

R. Tolle arma tua, pháretram, &
arcum, & affer de venatióne tua
ut cómedam: **Q.** Et benedicat tibi
ánima mea. **V.** Cúmque venáru ali-
quid attúleris, fac mihí inde pulmén-
tum ut cómedam. Et benedicat.

Lectio ij.

Quid est ergo peccatórum con-
fessio, nisi quedam vulnèrum
ruptio? quia peccáti virus sa-
lubriter aperitur in confessióne,
quod pestiferè latébat in mente.
Vulnèra etenim cutis in superficiem
trahunt humórem putrédinis. Et
confiténdum peccáta, quid aliud ági-
mus, nisi malum, quod in nobis
latébat, aperimus? Sed Lázarus
vulnerátus cupiébat saturári de mi-
cis, quæ cadébant de mensa divi-
tis, & nemo illi dabat: quia Gen-
tilium quemque ad cognitiónem
Legis admittere superbus ille póp-
ulus despiciébat.

R. Ecce odor filii mei sicut odor
agri pleni, cui benedixit Dóminus:
crescere te faciat Deus meus sicut
arenam maris: **Q.** Et donet tibi de
rore cœli benedictiõnem. **V.** Deus
autem omnipotens benedicat tibi, at-
que multiplicet. Et donet.

Lectio iij.

Qui dum doctrinam legis non
ad charitatem hábit, sed ad
elationem, quasi de acceptis
ópibus tumuit. Et quia ei verba de-
fluebant de sciéntia, quasi micæ
cadébant de mensa. At contra ja-
céntis páuperis vulnèra lingébant
canes. Nonnumquam solent in
sacro elóquio per canes prædi-
cátóres intelligi. Canum etenim
lingua, vulnus dum lingit, curat:
quia & doctóres sancti dum in con-
fessióne peccáti nostri nos instruunt,
quasi vulnus mentis per linguam
tangunt.

R. Det tibi Deus de rore cœli, &
de pinguedine terræ abundantiam: &
serviant tibi tribus, & pópuli:
Esto dóminus fratrum tuórum.

V. Et incurvëntur ante te filii ma-
tris tuæ. Esto dóminus. Glória Patri.
Esto dóminus.

Ad Benedictus, Antiphona.

Fili, recordáre quia recepisti bona
in vita tua, & Lázarus similiter
mala.

Deinde dicuntur Preces. 49.

Oratio.

Presta nobis, quæsumus Dómi-
ne, auxilium gratiæ tuæ; ut
jejuníis & oratióibus convenién-
ter intenti, liberémur ab hóstibus
mentis & córporis. Per Dóminum
nostrum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Dives ille gúttam aquæ petit, qui
micas panis Lázarus negávit.

Deinde dicuntur Preces. 105.

Oratio.

Adéstó Dómine famulus tuus,
& perpétuam benignitatem
largire poscéntibus; ut iis, qui te
auctóre & gubernatóre gloriantur,
& congregáta restáures, & restaurá-
ta consérves. Per Dóminum nostrum
Jesum Christum Filium tuum, qui
tecum vivit.

FE-

FERIA SEXTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. *Cap. 21. d.*
 IN illo tempore: Dixit Jesus tur-
 bis Judæorum, & principibus sa-
 cerdotum parabolam hanc: Homo
 erat paterfamilias, qui plantavit
 vineam, & sepe[m] circumdedit ei.
 Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrósii Episcopi.
Lib. 9. in cap. 20. Lucae.

PLerique varias significaciones
 de vineæ appellacione deri-
 vant: sed evidentèr Isaias vineam
 Dómini Sábaoth, domum Israël esse
 memorávit. Hanc vineam quis álus,
 nisi Deus condidit? Hic est ergo, qui
 eam locávit colonis, & ipse pere-
 grí fuit: non quia ex loco ad lo-
 cum profectus est Dóminus, qui ubi-
 que semper præsens est: sed quia
 est præsentior diligéntibus, negli-
 géntibus abest. Multis temporibus
 abfuit, ne præpræra videretur ex-
 actio. Nam quò indulgéntior liberá-
 litas, eò inexcusabilior perviciacia.

R. Dum exiret Jacob de terra sua,
 vidit glóriam Dei, & ait: Quam
 terribilis est locus iste! Non est
 hic aliud, nisi domus Dei, & porta
 cæli. **V.** Verè Deus est in loco isto,
 & ego nesciebam. Non est.

Lectio ij.

Undè benè secundum Matthæum
 habes, quia & sæpe circum-
 dedit: hoc est, diviniæ custodiæ
 munitione vallávit, ne faciliè spi-
 ritualium patèret incurisibus bestia-
 rum. Et fodit in ea tórcular. Quò-
 mòdò intelligimus quid sit tórcu-
 lar, nisi fortè quia Psalmi pro tórcu-
 laribus inscribuntur: eò quòd in
 his mysteria Dominiæ passiónis,
 modò musti sancto fervéntis Spiri-
 tui, redundántius æstuáverint? Undè
 ebrii putábantur, quibus Spiritus
 sanctus inundabat. Ergo & hic fo-

dit tórcular, in quod uvæ rationabi-
 lis fructus interior spiritali infusione
 desieret.

R. Si Dóminus Deus meus fuerit
 mecum in via ista, per quam ego
 ámbulo, & custodierit me, & dederit
 mihi panem ad edéndum, &
 vestiméntum quo opérior, & re-
 vocáverit me cum salute: **E**rit
 mihi Dóminus in refugium, & la-
 pis iste in signum. **V.** Surgens ergo
 manè Jacob, tulit lapidem quem
 supposuerat cápiti suo, & eréxit in
 titulum, fundénsque óleum désuper,
 dixit. Erit mihi.

Lectio iij.

AEdificávit turrim, vérticem
 scilicet legis attóllens: at-
 que ita hanc vineam munitam,
 instrúctam, ornátam; locávit Ju-
 daeis, & tempore fructuum servu-
 los misit. Benè tempus fructuum
 pósuit, non provéntum. Nullus
 enim fructus exiitit Judæorum, nul-
 lus vineæ hujus provéntus, de qua
 Dóminus ait: Expectávi ut faceret
 uvas, fecit autem spinas. Itaque
 non lætitiæ vino, non spiritali musto,
 sed cruento Prophetárum sân-
 guine tórcularia redundárant.

R. Erit mihi Dóminus in Deum,
 & lapis iste, quem eréxi in titulum,
 vocabitur domus Dei: & de uni-
 vérsis que dederis mihi, **D**écimas
 & hóstias pacificas offeram
 tibi. **V.** Si réversus fuero prospère
 ad domum patris mei. **D**écimas,
 Glória Patri. **D**écimas.

Ad Benedictus, Antiphona.

Malos malè perdet, & vineam suam
 locávit álus agricolis, qui reddant
 ei fructum temporibus suis.

Deinde dicuntur Preces. 49.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus;
 ut sacro nos purificánte jeju-
 nio, sincéris méntibus ad sancta ven-
 túra facias pervenire. Per Dóminum.

Ho-

Hodiè dicuntur Psalmi Peniten-
 tiales. clxxvj.

Ad Magnificat, Antiphona:
 Quærentes eum tenere, timuerunt
 turbam, quia sicut Prophétam eum
 habebant.

Deinde dicuntur Preces. 105.

Oratio.

DA, quæsumus Dómine, pópu-
 lo tuo salutem mentis & cór-
 poris; ut bonis opéribus inhæréndo,
 tuæ semper virtutis mereátur pro-
 tectione defendi. Per Dóminum.

S A B B A T O

Lectio sancti Evangelii secun-
 dum Lucam.

Lectio j. *Cap. 15. c.*

IN illo tempore: Dixit Jesus
 Phariseis & Scribis parabolam
 istam: Homo quidam habuit duos
 filios: & dixit adolescentiort ex
 illis patri: Pater, da mihi portio-
 nem substantiæ, quæ me contin-
 git. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrósii Episcopi.
*Lib. 7. Comment. in cap. 15. Lucae
 post initium.*

Vides, quòd divinum patrimo-
 nium peténtibus datur. Nec
 putes culpam patris quòd adoles-
 centióri dedit. Nulla Dei regno in-
 firma atas: nec fides gravátur an-
 nis. Ipse certè se judicávit ido-
 neum, qui popóscit. Atque útinam
 non recessisset à patre, impedimén-
 tum nescisset ætatis. Sed postea-
 quam domum patriam derelinquens
 peregrè profectus est, cœpit egèere.
 Mérito ergo prodégit patrimonium,
 qui recessit ab Ecclesiá.

R. Pater peccávi in cœlum, & co-
 ram te, jam non sum dignus vocá-
 ri filius tuus: **F**ac me sicut unum
 ex mercenariis tuis. **V.** Quanti mer-
 cenarij in domo patris mei abun-
 dant pánibus, ego autem hic fame
 pereo! Surgam, & ibo ad patrem
 meum, & dicam ei. Fac me.

Lectio ij.

Peregrè profectus est in regio-
 nem longinquam. Quid longin-
 quus, quàm à se recedere; nec re-
 giónibus, sed móribus separáti: stu-
 diis discréturn esse, non terris; & qua-
 si interfuso luxuriæ secularis æstu,
 divórtia habère sanctórum? Etenim
 qui se à Christo separát, exul est
 patriæ, civis est mundi. Sed nos
 non sumus advénæ atque peregrini,
 sed cives sumus sanctórum, & do-
 méstici Dei. Qui enim erámus longè,
 facti sumus propè in sanguine Chri-
 sti. Non invidéamus de longinqua
 regione remeántibus: quia & nos
 fuimus in regione longinqua, sicut
 Isaias docet. Sic enim habes: Qui
 sedebant in regione umbræ mortis,
 lux orta est illis. Régio ergo lon-
 giqua, umbra est mortis.

R. Vidi Dóminum facie ad faciem
 * Et salva facta est anima mea.
V. Et dixit mihi: Nequáquam vo-
 cáveris Jacob, sed Israel erit no-
 men tuum. Et salva.

Lectio iij.

NOs autem quibus spiritus ante
 faciem Christus est Dóminus,
 in umbra vivimus Christi. Et ideò
 dicit Ecclesiá: In umbra ejus concu-
 pivi & sedi. Ille igitur vivendo luxu-
 riosè, consumpsit ómnia ornámata
 naturæ. Undè tu, qui accepisti ima-
 ginem Dei, qui habes similitudinem
 ejus, noli eam irrationabili feditate
 consumere. Opus Dei est: noli ligno
 dicere, Pater meus est tu: ne accipias
 similitudinem ligni, quia scriptum
 est: Similes illis fiant qui faciunt ea.

R. Cùm audisset Jacob, quòd Esai
 veniret contra eum, divisit filios suos
 & uxores, dicens: Si percússerit
 Esai unam turmam, salvabitur áltera.
 * Libera me Dómine, qui dixisti
 mihi **V.** Multiplicábo semen tuum
 sicut stellas cœli, & sicut arenam
 maris, que præ multitudine numerá-

ri

ri non potest. **V.** Dómine, qui dixisti mihi: Revértere in terram nativitatis tuæ: Dómine, qui pascis me a juventute mea. Libera, Glória Patri. Multiplicábo.

Ad Benedictus, Antiphona.

Vadam ad Patrem meum, & dicam ei: Pater, fac me sicut unum ex mercenariis tuis.

Deinde dicuntur Preces 49.

Oratio.

DA, quæsumus Dómine, nostris effectum jejuniis salutarem; ut castigatio carnis assumpta, ad nostrarum vegetatióem transeat animarum. Per Dóminum.

Ad Vesperas, Capitulum.

Ephes. 5.

Fratres, Estóte imitatores Dei, sicut filii charissimi, & ambuláte in dilectiōe, sicut & Christus diléxit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblatiōem, & hóstiam Deo in odórem suavitatis.

Hymnus.

Audi, benigne Cónditor,
In hoc sacro jejúnió
Fusas quadragenário
Scrutátor alme córdium,
Infirma tu scis virium:
Ad te revérsis exhibe
Remissiónis grátiam.

Multum quidem peccávimus,
Sed parce confiténtibus:
Ad nómnis laudem tui
Confer medélam lánguidis.
Concede nostrum cónteri
Corpus per abstinentiam;
Culpæ ut relinquat pábulum
Jesúna corda criminum.
Præsta beáta Trinitas;
Concede simplex Unitas;
Ut fructuosa sint tuis
Jejuniorum múnera. Amen.

V. Angelis suis Deus mandávit de te. **R.** Ut custodiát te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Dixit autem pater ad servos suos: Cito proférte stolam primam, & induíte illum, & date annulum in manu ejus, & calceaménta in pedibus ejus.

Oratio.

Quæsumus omnipotens Deus, vota humilium respice: atque ad defensionem nostram, dexteram tuæ majestatis extende. Per Dóminum.

DOMINICA III.**In Quadragesima.****Ad Matutinum, Invitatorium.**

Non sit vobis vanum mané surgere ante lucem: Quia promissit Dóminus coronam vigilántibus. **Psalmus.** Veníte, exultémus. 1.

Hymnus.

EX more docti mystico
Servémus hoc jejúnium,
Deno diérum circulo
Ducto quater notíssimo.
Lex & prophéta primitus
Hoc prætulérunt, postmodum
Christus sacrávit, ómnium
Rex, atque factor téporum.
Urámur ergo párcitis
Verbis, cibis, & pótibus,
Somno, jocis, & ártibus
Perstémus in custódiá.

Vitémus autem nóxia
Quæ súbruant mentes vag. 2;
Nullumque demus cállidi
Hostis locum tyránnidi.
Flectámus iram vindicem,
Plorémus ante Judicem,
Clamémus ore supplicii,
Dicámus omnes cernui:
Nostris malis offéndimus
Tuam Deus cleméntiam:
Effunde nobis désuper
Remissor indulgéntiam.
Meménto quòd sumus tui,
Licet caduci plásmatis,
Ne des honórem nómnis
Tui, precámur, álteri.

La-

Laxa malum quod fecimus,

Auge bonum quod pósimus:

Placere quò tandem tibi

Possumus hic, & pèrpetim.

Præsta beáta Trinitas,

Concede simplex Unitas;

Ut fructuosa sint tuis

Jejuniorum múnera. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

Servite Dómino. **Psalm.** Beatus vir,

cum reliquis de **Psalterio.** 2.

De libro Génesis.

Lectio.

Cap. 37.

Joseph, cum sédecim esset annorum, pascébat gregem cum fratribus suis, adhuc puer: & erat cum filiis Balæ & Zelphæ uxórum patris sui: accusávitque fratres suos apud patrem crimine pessimo. Israël autem diligébat Joseph super omnes filios suos, eò quod in senectúte genuisset eum: fecitque ei tunicam polymitam. Vidéntes autem fratres ejus quòd à patre plus cunctis filiis amarétur, óderant eum, nec póterant ei quiddam pacificè loqui. Accidit quoque ut visum sómniū reférret fratribus suis: quæ causa majóris ódii seminárium fuit. Dixitque ad eos: Audite sómniū meum quod vidi: Putábam nos ligare manipulos in agro: & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Respondérunt fratres ejus: Numquid rex noster eris? aut subjiciémur ditióni tuæ? Hæc ergo causa sómniórum atque sermónum, invidiæ & ódii fónitem ministrávit. Aliud quoque vidit sómniū, quod narrans fratribus, ait: Vidi per sómniū quasi solem, & lunam, & stellas undécim adorare me. Quod cum patri suo, & fratribus retulisset, increpávit eum pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc sómniū, quod vidisti? num ego & mater

tua, & fratres tui adorábimus te super terram?

R. Vidéntes Joseph à longè, loquebantur mutò fratres, dicentes: Ecce somniátor venit: Veníte, occidámus eum, & vidéamus si prosint illi sómnia sua. **V.** Cùmque vidissent Joseph fratres sui, quòd à patre cunctis fratribus plus amarétur, óderant eum, nec póterant ei quiddam pacificè loqui, unde & dicebat. Veníte.

Lectio ij.

Invidébant ei igitur fratres sui pater verò rem fáctus considerábat. Cùmque fratres illius in pascéndis grégibus patris moraréntur in Sichem, dixit ad eum Israël: Fratres tui pascunt oves in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo respondén-te, Præsto sum, ait ei: Vade, & vide si cuncta prospèra sint erga fratres tuos, & pecóra: & renúntia mihi quòd agátur. Missus de Valle Hebron, venit in Sichem: invenitque eum vir errántem in agro, & interrogávit quid quæreret. At ille respóndit: Fratres meos quero, índica mihi ubi pascant greges. Dixitque ei vir: Recessérunt de loco isto: audivi autem eos dicéntes: Eámus in Dóthain. Perréxit ergo Joseph post fratres suos, & invenit eos in Dóthain. Qui cùm vidissent eum procul, antequam accéderet ad eos, cogitáverunt illum occidere: & mutò loquebantur: Ecce somniátor venit, veníte, occidámus eum, & mittámus in cistértiam véterem: dicemúsque, Fera pessima devorávit eum: & tunc apparebit quid illi prosint sómnia sua.

R. Dixit Judas fratribus suis, Ecce Ismaélita transeunt: venite, vendédatur, & manus nostræ non polluantur. **V.** Caro enim, & frater noster est. **V.** Quid enim prodest, si occiderimus fratrem nostrum, &

ce-

celaverimus sanguinem ipsius? melius est ut venundetur. Caro enim.

Lectio iij.

Audiens autem hoc Ruben, nitentur liberare eum de manibus eorum, & dicebat: Non interficiatis animam ejus, nec effundatis sanguinem: sed projicite eum in cisternam hanc, quæ est in solitudine, manibus vestras servate innoxias: hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo. Confestim igitur ut pervenit ad fratres suos, nudaverunt eum tunicâ talari, & polymitâ: miseruntque eum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam. Et sedentes ut comederent panem, viderunt Ismaëlitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata, & resinam, & stacten in Ægyptum. Dixit ergo Judas fratribus suis: Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum, & celaverimus sanguinem ipsius? Melius est ut venundetur Ismaëlitis, & manus nostræ non polluantur: frater enim, & caro nostra est. Acqueverunt fratres sermonibus illius. Et prætereuntibus Madianitibus negotiatoribus, extrahentes eum de cisterna, vendiderunt eum Ismaëlitis viginti argenteis, qui duxerunt eum in Ægyptum.

R. Extrahentes Joseph de lacu, vendiderunt Ismaëlitis viginti argenteis. **Reversusque** Ruben ad paterem, cum non invenisset eum, scidit vestimenta sua cum fletu, & dixit: **Puer non comparet, & ego quò ibo?** **V.** At illi intinctâ tunicâ Joseph in sanguine hædi, miserunt qui ferret eam ad patrem, & diceret: Vide si tunicâ filii tui sit, an non. **Reversusque.** Glória Patri. Puer non.

In secundo Nocturno, Antiphona. Bonorum meorum. **Psalmus.** Conserva, cum reliquis. 8.

Ex libro Sancti Ambrósii Episcopi de Sancto Joseph.

Lectio iv. Cap. i.

Sanctorum vita ceteris norma vivendi est. Ideoque digestam pleniùs accepimus seriem Scripturarum; ut dum Abraham, Isaac, & Jacob, ceterosque justos legendo cognoscimus, velut quemdam nobis innocentie trãitem virtute eorum reseratum imitantibus vestigiis persequamur. De quibus mihi cum frequens tractatus fuerit, hodie Sancti Joseph historia occurrit: in quo cum plurima fuerint genera virtutum, præcipue tamen insigne effulsit castimonie. Justum est igitur ut cum in Abraham diceretis impiam fidei devotionem, in Isaac sinceræ mentis puritatem, in Jacob singularem animi laborumque patientiam: ex illa generalitate virtutum in ipsas species disciplinarum intendatis animum.

R. Videns Jacob vestimenta Joseph, scidit vestimenta sua cum fletu, & dixit: **Fera pessima devoravit filium meum Joseph.** **V.** Tulerunt autem fratres ejus tunicam illius, mittentes ad patrem: quam cum cognovisset pater, ait. Fera pessima.

Lectio v.

Sit igitur nobis propositus Sanctus Joseph tamquam speculum castitatis. In ejus enim moribus, & ejus actibus lucet pudicitia, & quidam splendet castimonie comes, nitor gratiæ. Unde etiam a parentibus plus quam ceteri filii diligebatur. Sed ea res invidiæ fuit: quod silentio prætereundum non fuit; hinc enim argumentum totius historie processit: simul ut cognoscamus, perfectum virum non moveri ulciscendi doloris invidia, nec malorum rependere vicem. Unde & David ait: Si reddidi retribuētibus mihi mala.

R.

R. Joseph dum intraret in terram Ægypti, linguam, quam non noverat, audivit: manus ejus in laboribus serviunt: **Et lingua ejus inter principes loquebatur sapientiam.** **V.** Humiliaverunt in compediibus pedes ejus: ferrum pertransiit animam ejus, donec veniret verbum ejus. Et lingua.

Lectio vi.

Quid autem esset quod præferri Joseph mereretur ceteris, si aut lædentes lesisset, aut diligentes dilexisset? Hoc enim perique faciunt. Sed illud mirabile, si diligas inimicum tuum: quod Salvator docet. Jure ergo mirandus, qui hoc fecit ante Evangelium, ut læsus parceret, appetitus ignosceret, venditus non retuleret injuriam, sed gratiam pro contumelia solveret: quod post Evangelium omnes didicimus, & servare non possumus. Discamus ergo & sanctorum invidiam, ut imitemur patientiam; & cognoscamus illos non naturæ præstantioris fuisse, sed observantioris: nec vitia nescisse, sed emendasse. Quòd si invidia etiam sanctos adisit, quantò magis cavendum est, ne inflammet peccatores?

R. Memento mei, dum bene tibi fuerit: **Et suggeras Pharaoni, ut educat me de isto carcere:** **Quia furtim sublatus sum, & hic innocens in lacum missus sum.** **V.** Tres enim adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharaon ministerii tui, & restituet te in gradum pristinum: tunc memento mei. Ut. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno, Antiphona. Non sunt loquela. **Psalmus.** Cæli enarrant, cum reliquis. 11.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 11. b.

In illo tempore: Erat Jesus eiciens demonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium.

Pars Hymnalis.

nium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 4. cap. 48. in cap. 11. Luca.

Demoniacus iste apud Mattheum non solum mutus, sed & cæcus fuisse narratur; curatisque dicitur à Domino, ita ut loqueretur & videret. Tria ergo signa simul in uno homine perpetrata sunt: cæcus videt, mutus loquitur, possessus à dæmone liberatur. Quod & tunc quidem carnaliter factum est, sed & quotidie completur in conversione credentium, ut expulso primum dæmone, fidei lumen aspiciat; deinde ad laudes Dei tacentia prius ora laxentur. Quidam autem ex eis dixerunt: in Beelzebub principe demoniorum eicit demonia. Non hæc aliquid de turba, sed Pharisei calumniabantur & Scribæ, sicut alii Evangelistæ testantur.

R. Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustias animæ ejus, dum deprecaretur nos, & non audivimus: **Idcirco venit super nos tribulatio.**

V. Dixit Ruben fratribus suis: Numquid non dixi vobis, Nolite peccare in puerum, & non audistis me? Idcirco venit.

Lectio viij.

Turbis quippe quæ minus erudite videbantur, Domini semper facta mirantibus, illi contra, vel negare hæc, vel quæ negare nequeverant, sinistra interpretatione pervertere laborabant, quasi non hæc divinitatis, sed immundi spiritus opera fuissent. Et alii tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. Vel in morem Ellæ ignem de sublimi venire cupiebant, vel in similitudinem Samuelis tempore æstivo mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres rorere; quasi non possent & illa calumniari.

Aa

A D L A U D E S,

Antiphona.

& dicere ex occultis & vâris âeris passionibus accidisse. At tu, qui cælestis ea que oculis vides, manu tenes, utilitate sentis, quid feceris de iis que de celo venerint? Uti que respondēbis, & magos in Ægypto multa signa fecisse de celo.

R. Dixit Ruben fratribus suis: Numquid non dixi vobis, Nolite peccare in puerum, & non audistis me? **•** En sanguis ejus exquiritur. **Y.** Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustias animæ ejus, dum deprecâretur nos, & non audivimus. En.

Lectio ix.

Ipse autem ut vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum divisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Non ad dicta, sed ad cogitata respondit; ut vel si compellerentur credere potentia ejus, qui cordis videbat occulta. Si autem omne regnum in seipsum divisum desolat: ergo Patris & Filii & Spiritus sancti regnum non est divisum; quod sine ulla contradictione non aliquo impulsu desolandum, sed æternâ est stabilitate mansurum. Si autem sathanas in seipsum divisus est: quomodo stabit regnum ipsius, quia dicitis, in Beelzebub ejicere me dæmonia? Hoc dicens, ex ipsorum confessione volebat intelligi quod in eum non credendo in regno diaboli esse elegissent, quod utique adversum se divinum stare non posset.

R. Lamentabatur Jacob de duobus filiis suis: Heu me, dolens sum de Joseph perditio, & tristis nimis de Benjamin ducto pro alimoniis: **•** Precor cælestem Regem, ut me dolentem nimium faciat eos cernere. **Y.** Prosternens se Jacob vehementer cum lacrymis pronus in terram, & adorans, ait. Precor. Glor. Patri. Precor.

Fac benigne in bona voluntate tua, ut ædificentur Dômine muri Jerusaleum. **Psalm.** Miserere, cum reliquis de Laudibus Dominicæ Septuagesimæ. 309. **Añs.** Dôminus mihi adiutor est, non timēbo quid faciat mihi homo. **Psalmus.** Confitemini Dômino. 309. **Añs.** Deus miseretur nostri, & benedicat nos. **Psalmus.** Deus Deus meus. 310. **Añs.** Vim virtutis suæ oblitus est ignis: ut pueri tui liberarentur illi. **Canticum.** Benedicite. 310. **Añs.** Sol & luna laudate Deum: quia exaltatum est nomen ejus solius. **Psalmus.** Laudate Dominum de cælis. 311.

Capitulum.

Ephes. 5.

Fratres, Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi & ambulante in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis.

Hymnus.

O Sol salûtis, intimis Jesu refulge mentibus, Dum nocte pulsâ grator Orbis dies renascitur. Dans tempus acceptabile, Da, lacrymarum rivulus Lavare cordis victimam, Quam lata adurat charitas. Quo fonte manavit nefas, Fluente perennes lacrymæ, Si virga poenitentia Cordis rigorem conterat. Dies venit, dies tua, In qua reslorent omnia: Latemur & nos in viam Tuâ reducti dextera. Te proa mundi machina Clemens adoret Trinitas, Et nos novi per gratiam Novum canamus canticum. Amen.

Y.

Y. Angelis suis Deus mandavit de te. **R.** Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ad Benedicium, Antiphona. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia que sperabis.

Oratio.

Quesumus omnipotens Deus, vota humilium respice: atque ad defensionem nostram, dexteram tuam majestatis extendē. Per Dôminum nostrum.

Ad Primam, Añs. Et cum eiecisset Jesus dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ.

Ad Tertiam, Antiphona. Si in digito Dei eicio dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei.

Capitulum. Fratres, Estote imitatores, ut supra. 370.

R. br. Ipse liberavit me. De laqueo venantium. Ipse. **Y.** Et à verbo aspero. De laqueo. Gloria Patri. Ipse liberavit. **Y.** Scâpulis suis obumbrabit tibi. **R.** Et sub pennis ejus sperabis.

Ad sextam, Antiphona. Qui non colligit mecum, dispergit: & qui non est mecum, contra me est.

Capitulum.

Ephes. 5. b

Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi, & Dei.

R. br. Scâpulis suis Obumbrabit tibi. Scâpulis. **Y.** Et sub pennis ejus sperabis. Obumbrabit tibi. Gloria Patri. Scâpulis. **Y.** Scuto circumdabit te veritas ejus. **R.** Non timēbis à timore nocturno.

Ad Nonam, Antiphona. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca iniquosa, quarens requiem, & non invenit.

Capitulum.

Ephes. 5. c

Râtis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Dômino. Ut filii lucis ambulet: fructus enim lucis est in omni bonitate, & justitia, & veritate.

R. br. Scuto circumdabit te. Veritas ejus. Scuto. **Y.** Non timēbis à timore nocturno. Veritas. Gloria Patri. Scuto. **Y.** Angelis suis Deus mandavit de te. **R.** Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ad Vesperas, Antiphona & Psalmus. Dixit Dôminus, cum reliquis de Dominica. 100. **Capitulum.** Fratres, Estote. Hymnus. Audi, benigne Conditor. ut supra. 366.

Y. Angelis suis Deus mandavit de te. **R.** Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona. Extollens vocem quædam mulier de turba, dixit: Beatus venter, qui te portavit, & ubera, que suxisti. At Jesus ait illi: Quinimo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Oratio. Quæsumus, omnipotens, ut supra. Post Vesperas dici dicuntur Vesperæ Defunctorum. cly.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, Invitatorium de Psalterio. 39. **Hymnus.** Ex more. 366. **Antiphona & Psalmi Nocturnorum, de Psalterio.** 39.

Et sic dicitur etiam in aliis sequentibus Feriis. Lectio sancti Evangelii secundum Lucam. **Cap. 4. d**

Lectio i. In illo tempore: Dixit Jesus Pharisæis: Uti que dicetis mihi hanc similitudinem: Mædice cura teipsum: quanta audivimus facta in Caparnaum, fac & hic in patria tua. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrósii Episcopi.

Lib. 4. in cap. 4. Luc. post initium.

Non mediocris invidia proditur, quæ civicæ charitatis oblita, in acerbâ odia causas amoris inflectit. Simul hoc exemplo pârter & oraculo declaratur, quod frustra open misericordiæ cœlestis expêctes, si aliênæ fructibus virtutis invidetas. Aspernator enim Dôminus invidorûm est; & ab iis, qui divina beneficia in aliis persequuntur, miracula suæ potestatis avertit. Dominicæ quippè carnis actus, divinitatis exemplum est; & invisibilia nobis ejus, per ea quæ sunt visibilia, demonstrantur.

Tollite hinc vobiscum mûnera, & ite ad dômum terræ: & cum inveneritis, adorâte eum super terram: • Deus autem meus faciat eum vobis placabilem: & remittat & hunc fratrem vestrum vobiscum, & eum quem tenet in vinculis. **S**umite de optinis terræ frugibus in vasis vestris, & deferre viro mûnera. Deus.

Lectio ij.

Non otiosè itaque Salvator excusat, quod nulla in patria sua miracula virtutis operatus sit; ne fortassis aliquis vilioïem patriæ nobis esse debere putare affectum. Neque enim cives poterat non amare, qui amaret omnes: sed ipsi se charitate patriæ dum invident, abdicarunt. In veritate dico vobis, multæ viduæ fuerunt in diebus Eliæ. Non quia Eliæ dies fuerunt, sed in quibus Elias operatus est: aut quia Elias dies faciebat illis, qui in ejus opëribus lucem videbant gratiæ spiritualis, & convertebantur ad Dominum. Et ideo aperièbatur cœlum vidētibus æterna, & divina mysteria; claudèbatur, & fames erat, quando nulla erât cognoscendæ divinitatis ubertas. Sed de hoc

plênus diximus eum de Viduis scriberemus.

R. Iste est frater vester minimus, de quo dixeratis mihi? Deus miserèatur tibi, fili mi. • Festinavitque in domum, & ploravit: quia erumpèbant lacrymæ, & non poterat se continere. **Y.** Attollens autem Joseph oculos, vidit Bènjamin stantem, & commota sunt omnia viscera ejus super fratre suo. Festinavitque.

Lectio iij.

Et multi leprosi erant in Judæa temporibus Elisèi Prophætæ: & nemo eorûm mundatus est, nisi Namaan Syrius. Evidenter hic sermo nos Dômini salutaris informât, & ad studium venerandæ divinitatis hortatur; quod nemo sanatus ostenditur, & maculosi morbo corpõris absolutus, nisi qui religiõsio officio studuit sanitati. Non enim dormientibus divina beneficia, sed observantibus deferuntur. Diximus in libro alio, in vidua illa ad quam Elias directus est, typum Ecclesiæ præmissum. Pópulus Ecclesiám congregavit, ut sequatur pópulo ille ex alienigenis congregatus. Pópulo ille antè leprosus, pópulo ille antè maculosus, priusquam mystico baptizaretur in flumine, idem post sacramenta baptismatis maculis corpõris & mentis ablutus, jam non lepra, sed immaculata virgo cœpit esse sine ruga.

R. Dixit Joseph undecim fratribus suis: Ego sum Joseph, quem vendidistis in Ægyptum: adhuc vivit pater noster senior, de quo dixeratis mihi? • Ite, adducite eum ad me, ut possit vivere. **Y.** Biennium enim est quod cœpit esse fames in terra: & adhuc restant anni quinque, quibus nec arari poterit, nec meti. Ite, adducite. Glória Patri. Ite.

Ad Laudes, Ant. & Psalmus. Miserere, cum reliq. de Psalterio. 47.

Ca-

FERIA TERTIA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 18. b

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripue eum inter te, & ipsum solum. Et reliqua. Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Serm. 16. de Verbis Domini, tom. 10. post initium.

Quare illum corripis? Quia tu doles, quod peccaverit in te? Absit. Si amore tui id facis, nihil facis: si amore illius facis, optime facis. Denique in ipsis verbis atende, cujus amore id facere debeas, utrum tui, an illius. Si te audierit, inquit, lucratus es fratrem tuum. Ergo propter illum fac, ut lucreris illum. Sic faciendum lucraris, nisi fecisses, perierat. Quid est ergo quod plerique homines ista peccata contemnunt, & dicunt, Quid magum feci? In hominem peccavi. Noli contemnere. In hominem peccasti.

R. Nunciaverunt Jacob dicentes: Joseph filius tuus vivit, & ipse dominatur in tota terra Ægypti: quo audito revixit spiritus ejus, & dixit: Sufficit mihi, vadam & videro eum antequam moriar. **Y.** Cumque audisset Jacob quod filius ejus viveret, quasi de gravi somno evigilans, ait. Sufficit mihi.

Lectio ij.

Vis nosse quia in hominem peccando peristi? Si te ille, in quem peccasti, corripuerit inter te & ipsum solum, & audieris illum, lucratus est te. Quid est, Lucratus est te: nisi quia perieras, si non lucraretur te? Nam si non perieras, quomodo te lucratus est? Nemo ergo contemnat, quando peccat in fratrem. Ait enim quodam

Aa 3 10-

Capitulum.

Isaia 58.

Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia pópulo meo scelera eorûm, & dõmi Jacob peccata eorûm.

Hymnus. O sol salûtis, tu supra. 358. **Y.** Angelis suis Deus mandavit de te. **R.** Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ad Benedictus, Antiphona.

Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua.

Deinde dicuntur Preces, ut supra. 49.

Oratio.

Cordibus nostris, quæsumus Dômine, gratiam tuam benignus infunde; ut sicut ab escis carnalibus abstinemus, ita sensus quoque nostros à noxiis retrahamus excessibus. Per Dôminum.

Hodie dicitur Officium Defunctorum. clix.

Ad Vesperas, Antiph. Inclina vit. Psalmus. Dilèxi, cum reliquis de Psalterio. 103.

Capitulum.

Josias 2. d.

Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Dômine, parce pópulo tuo: & ne des hereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes.

Hymnus. Audi, benigne Conditor. 366. **Y.** Angelis suis Deus mandavit de te. **R.** Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Jesus autem transiens per medium illorûm ibat.

Deinde dicuntur Preces, ut supra. 105.

Oratio.

Subveniat nobis, Dômine, misericordia tua; ut ab imminētibus peccatorûm nostrorûm periculis te mereamur protegente eripi, te liberante salvâri. Per Dôminum.

loco Apóstolus: Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis; ideo quia membra Christi omnes facti sumus. Quomodo non peccas in Christum, qui peccas in membrum Christi.

Joseph dum intráret in terram Ægypti, linguam quam non nóverat, audivit: magus ejus in laboribus serviérunt: Et lingua ejus inter principes loquebátur sapiéntiam.

Humiliavérunt in compédibus pedes ejus: ferrum pertransiit animam ejus, donec veniret verbum ejus. Et lingua.

Lectio iij.

Nemo ergo dicat, quia non peccávi in Deum, sed peccávi in fratrem. In hóminem peccávi: Leve vel nullum peccátum est. Forté incé dicis, leve est, quia citó curátur. Peccásti in fratrem: fac satis, & sanátus es. Citó fecisti mortíferam rem, sed remédiúm citó invenisti. Quis nóstrum speret regnum cœlorum, fratres mei, quando dicit Evangélium, Qui dixerit fratri suo, Fátue, reus erit gehénnae ignis? Magnus terror: sed vide ibi remédiúm. Si obtuleris munus tuum ad altáre, & ibi recordáris quid, quia frater tuus habet áliquid adversúm te: relinque ibi munus tuum ante altáre. Non irascitur Deus, quia differs impónere munus tuum: te quærít Deus magis quám munus tuum.

Meménto mei, dum bené tibi fuerit: Ut suggeras Pharaóni, ut edúcat me de isto cárcere: Quia furtim sublátus sum, & hic innocens in lacub missus sum. Tres enim adhuc dies sunt, post quos recordábitur Phárao ministérii tui, & restituet te in gradum pristinum: tunc meménto mei. Ut suggeras. Glória Patri. Quia furtim.

Ad Benedictus, Antiphona.

Si duo ex vobis consenserint super terram: de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, dicit Dóminus.

Deinde dicuntur Preces. 49.

Oratio.

Exaudi nos omnipotens & misericors Deus: & continentia salutáris propitius nobis dona concede, Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Ubi duo, vel tres congregati fuerint in nómine meo, in medio eórum sum, dicit Dóminus.

Deinde dicuntur Preces. 105.

Oratio.

Tua nos, Dómine, protectióne defende: & ab omni semper iniquitate custodi. Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

Hodie dicuntur Psalmi Graduales. clxxij.

Lectio sancti Evangélii secundum Matthæum.

Lectio j.

Cap. 15.

In illo tempore: Accesserunt ad Jesum ab Jerosólymis Scribæ & Pharisei, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Et reliqua.

Homilia Sancti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 2. Comment. in cap. 15. Matth. Ira Phariseórum Scribarumque stulticia. Dei Filium arguunt, quare hóminum traditiones & præcepta non servet: Non enim lavant manus suas, cum panem manducant. Manus, id est ópera, non córporis útiq;e, sed animæ lavandæ sunt, ut fiat in illis verbum Dei. Ipse autem respondens ait illis: Quare & vos transgredimini mandátum Dei propter traditionem vestram? Falsam calumniam verâ responsióne confutat. Cùm, inquit, vos propter traditionem hóminum præ-

cepta Dómini negligátis; quare discipulos meos arguendos putátis. Hanc providentissimam Dei legem volentes Scribæ & Pharisei subvertere, ut impietatem sub nómine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios, ut si quis ea, quæ parentibus offerenda sunt, Deo votere voluerit qui verus est Pater, oblatio Dómini præponatur parentum munéribus: vel certé ipsi parentes, quæ Deo consecrata cernébant, ne sacrilegii crimen incurrerent, declinantes, egestate consciebantur. Atque ita fiebat, ut oblatio liberórum sub occasione templi & Dei, in sacerdotium lucra cederet.

Mérito hæc patimur, quia peccávimus in fratrem nostrum, videntes angustias animæ ejus, dum deprecáretur nos, & non audivimus. Idcirco venit super nos tribulatio.

Dixit Ruben fratribus suis: Numquid non dixi vobis, Nolite peccare in puerum, & non audistis me? Idcirco venit.

Lectio ij.

Nam Deus dixit, Honóra patrem & matrem: & Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriáretur. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri, vel matri: Munus quocúmque est ex me, tibi próderit: & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam. Honor in Scripturis non tantum in salutatióibus & officiis deferendis, quantum in eleémósynis, ac munerum oblatiõe sentitur. Honóra, inquit Apóstolus, viduas, quæ veré viduæ sunt. Hic honor donum intelligitur. Et in alio loco: Presbyteri dúplici honóre honorandi sunt, maxímè qui laborant in verbo & doctrina Dei. Et per hoc mandátum jubemur bovi trituranti os non claudere: & dignus sit operarius mercede sua.

Dixit Ruben fratribus suis: Numquid non dixi vobis, Nolite peccare in puerum, & non audistis me? En sanguis ejus exquiritur. Mérito hæc patimur, quia peccávimus in fratrem nostrum, videntes angustias animæ ejus, dum deprecáretur nos, & non audivimus. En sanguis.

Lectio iij.

Precæperat Dóminus vel imbecillitates, vel ætates, vel penurias paréntum considerans, ut filii

honorarent, étiam in vitæ necessariis ministrándis, paréntes suos. Hanc providentissimam Dei legem volentes Scribæ & Pharisei subvertere, ut impietatem sub nómine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios, ut si quis ea, quæ parentibus offerenda sunt, Deo votere voluerit qui verus est Pater, oblatio Dómini præponatur parentum munéribus: vel certé ipsi parentes, quæ Deo consecrata cernébant, ne sacrilegii crimen incurrerent, declinantes, egestate consciebantur. Atque ita fiebat, ut oblatio liberórum sub occasione templi & Dei, in sacerdotium lucra cederet.

Lamentabatur Jacob de duobus filiis suis: Heu me, dolens sum de Joseph pérdito, & tristis nimis de Bénéjamin ducto pro alimoniis: Precor cœlestem Regem, ut me dolentem nimium faciát eos cernere. Prostréneus se Jacob vehementer cum lacrymis promus in terram, & adorans, ait. Precor. Glória Patri. Precor.

Ad Benedictus, Antiphona.

Audite & intelligite traditiones, quas Dóminus dedit nobis.

Deinde dicuntur Preces. 49.

Oratio.

Presta nobis, quæsumus Dómine; ut salutáribus jejuniis erudit, à nóxiis quoque vitii abstinétes, propitiatióem tuam faciádis impetremus. Per Dóminum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Non lotis máibus manducare, non coinquant hóminem.

Deinde dicuntur Preces. 105.

Oratio.

Concede, quæsumus omnipotens Deus; ut qui protectiões tuæ grátiam quærimus, liberáti à malis ómnibus, securá tibi mente serviámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

FERIA QUINTA.
Lectio sancti Evangelii secundum
Lucam.

Lectio j. *Cap. 4. f.*

In illo tempore: Surgens Jesus de
synagoga, introiit in domum
Simonis. Socrus autem Simonis tene-
batur magnis febribus. Et reliqua.
Homilia Sancti Ambrósii Episcopi.

Lib. 4. in Luc. cap. 4. circa finem.

Vide clementiam Domini Sal-
vatoris; nec indignatione com-
mōtus, nec scelere offensus, nec
iniuriā violatus Iudeam deserit:
quin etiam immemor injuriæ, me-
mor clementiæ, nunc docendo, nunc
liberando, nunc sanando, infidæ
plebis corda demulcet. Et bene sanc-
tus Lucas virum ab spiritu nequitie
liberatum antè præmisit, & subdit
femine sanitatem. Utrūque enim
sexum Dominus curaturus advene-
rat; sed prior sanari debuit, qui
prior creatus est, nec prætermitti
illa, quæ mobilitate magis animi,
quam pravitate peccaverat.

Videntes Joseph à longè, lo-
quebantur mutuo fratres, dicentes:
Ecce somniator venit: Venite,
occidamus eum, & videamus si
provisit illi somnia sua. Cumque
vidissent Joseph fratres suos, quòd à
patre cunctis fratribus plus amare-
tur, óderant eum, nec poterant ei
quidquam pacifice loqui, undè &
dicebant. Venite.

Lectio ij.

Sabbato medicinæ Dominicæ ópe-
ra cæpta significat, ut inde no-
va creatura cœperit, ubi vetus crea-
tura ante desivit: nec sub lege esse
Dei Filium, sed supra legem in ipso
principio designaret: nec solvi legem,
sed impleri. Neque enim per
legem, sed verbo factus est mun-
dus, sicut legimus: Verbo Domini
cæli firmati sunt. Non solvitur ergo
lex, sed implètur; ut fiat renovatio

hómintis jam labentis. Undè & Apó-
stolus ait: Expoliantes vos veterem
hómíne, induite novum qui se-
cundum Deum creatus est.

Dixit Judas fratribus suis: Ecce
Ismaélite transeunt: venite, ve-
nundetur, & manus nostræ non
polluantur. Caro enim, & frater
noster est. Quid enim prodest,
si occiderimus fratrem nostrum, &
celaverimus sanguinem ipsius? mé-
lius est ut venundetur. Caro enim.

Lectio iij.

Et bene sabbato cœpit, ut ipsum
se ostenderet Creatorem, qui
ópera operibus intèxeret, & prose-
queretur opus, quod ipse jam cœ-
perat: ut si domum faber renovare
dispónat, non à fundamentis, sed
à culminibus incipit solvere vetustatem.
Itaque ibi prius manum ad-
mōvet, ubi antè desierat: deinde
à minoribus incipit, ut ad majora
perveniat. Liberare à dæmone &
hómínes, sed in verbo Dei possunt:
resurrectionem mórtuis imperare,
divinæ solius est potestatis. Fortassis
etiam in typo mulieris illius socrus
Simonis & Andræ, variis crimi-
num febribus caro nostra languen-
bat, & diversarum cupiditatum im-
modicis restuabat illecebris. Nec mi-
norem febrem amoris esse dixerim,
quam calorís. Itaque illa ánimum,
hec corpus inflamat. Febris enim
nostra, avaritia est: febris nostra,
libido est: febris nostra, ambitio est: fe-
bris nostra, iracundia est.

Extrahentes Joseph de lacu,
vendiderunt Ismaelitis viginti ar-
gentiis: Reversusque Ruben ad
puteum, cum non invenisset eum,
scidit vestimenta sua cum fletu, &
dixit: Puer non compareret, &
ego quò ibo? At illi intincta
tunicâ Joseph in sanguine hædi,
misérunt qui ferret eam ad patrem, &

& diceret: Vide, si túnica filii tui
sit, an non. Reversusque. Glória
Patri. Puer non.

Ad Benedictus, Antiphona.

Exibant autem dæmónia à multis
clamántia & dicéntia: quia tu es
Christus Filius Dei: & increpans
non sinébat ea loqui, quia sciebant
ipsum esse Christum.

Deinde dicuntur Preces. 49.

Oratio.

Magnificet te, Dómine, Sanc-
torum tuorum Cosmæ & Da-
miáni beata solémnitas: quæ & illis
glóriam sempitérnam, & opem no-
bis ineffabili providéntia contulisti.
Per Dóminum nostrum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Omnes qui habébant infirmos, ducé-
bant illos ad Jesum, & sanabántur.
Deinde dicuntur Preces. 105.

Oratio.

Subjectum tibi pópulum, quæsu-
mus Dómine, propitiatio cœlés-
tis amplificet: & tuis semper faciat
servire mandátis. Per Dóminum.

FERIA SEXTA

Lectio sancti Evangelii secun-
dum Joannem.

Lectio j. *Cap. 4.*

In illo tempore: Venit Jesus in
civitatem Samariæ, que dicitur
Sichar: juxta prædium, quod dedit
Jacob Joseph filio suo. Et reliqua.
Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Tractat. 15. in Joan. post initium.

Jam incipiunt mysteria. Non enim
frustra fatigatur virtus Dei: non
enim frustra fatigatur, per quem
fatigati recreantur: non enim frus-
tra fatigatur, quo deserente fati-
gámur, quo presente firmámur. Fati-
gatur tamen Jesus, & fatigatur ab
itinere, & sedet. & juxta puteum
sedet, & horâ sextâ fatigatus seder.
Omnia ista innuunt aliquid, indicá-

re volunt aliquid: inténtos nos faci-
unt: ut pulsémus, hortántur. Ipse
ergo aperiat & nobis & vobis, qui
dignatus est ita hortari, ut diceret:
Pulsate, & aperietur vobis.

Videns Jacob vestimenta Joseph,
scidit vestimenta sua cum fletu, &
dixit: Fera pessima devoravit fili-
um meum Joseph. Tulérunt
autem fratres ejus tunicam illius,
mittentes ad Patrem: quam cum
cognovisset pater, ait, Fera pessima.

Lectio ij.

Tibi fatigatus est ab itinere Jesus.
Invenimus infirmum Jesum: &
infirmum. Fortem, quia in princí-
pio erat Verbum, & Verbum erat
apud Deum, & Deus erat Verbum:
hoc erat in princípio apud Deum.
Vis videre quam iste Filius Dei for-
tis sit? Omnia per ipsum facta sunt,
& sine ipso factum est nihil: & sine
labóre facta sunt. Quid ergo illo
fortius, per quem sine labóre facta
sunt omnia? Infirmum vis nosse?
Verbum caro factum est, & habi-
tavit in nobis. Fortitudo Christi te
creavit: infirmitas Christi te recreá-
vit. Fortitudo Christi fecit, ut quod
non erat, esset: infirmitas Christi
fecit, ut quod erat, non periret.
Cóndidit nos fortitudiné sua, quæ-
sivit nos infirmitate sua.

V Joseph dum intráret in terram
Ægypti, linguam, quam non nóve-
rat, audivit: manus ejus in labóri-
bus serviérunt: Et lingua ejus in-
ter principes loquebatur sapientiam.
V Humiliáverunt in compediibus
pedes ejus: ferrum pertransiit áni-
mam ejus, donec veniret verbum
ejus. Et lingua.

Lectio iij.

Nutrít ergo ipse infirmus infir-
mos, tamquam gallina pul-
los suos: huic enim se similem
fecit. Quóties vólui, inquit ad Jerú-
sa-

salem, congregare filios tuos sub alas, tamquam gallina pullos suos, & noluit? Videtis autem, fratres, quemadmodum gallina infirmetur cum pullis suis. Nulla enim alia avis, quod sit mater, agnoscitur. Videmus nificare passerem quolibet ante oculos nostros: hirundines, ciconias, columbas quotidie videmus nificare: quos, nisi quando in nidis videmus, parentes esse non agnoscimus. Gallina verò sic infirmatur in pullis suis, ut etiam si ipsi pulli non sequantur, filios non videas, matrem tamen intelligas.

M. Meménto mei, dum benè tibi fuerit: **V.** Ut suggeras Pharaoni, ut educat me de isto carcere: id est, quia furtim sublatus sum, & hic innocens in lacum missus sum. **V.** Tres enim adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharaon ministerii tui, & restituet te in gradum pristinum: tunc meménto mei. Ut. Glória Patri. Quia.

Ad Benedictus, Antiphona.

Aquam quam ego dèdero, si quis biberit ex ea, non sitiet in æternum. **Deinde dicuntur Preces.** 49.

Oratio.

Jejunia nostra, quæsumus Dòmine, benigno favore prosequere; ut sicut ab alimentis abstinemus in corpore, ita à vitis jejunemus in mente. Per Dòminum.

Hodie dicuntur Psalmi Pœnitentiales. cxxxj.

Ad Magnificat, Antiphona.

Dòmine, ut video Propheta est tu: patres nostri in monte hoc adoraverunt.

Deinde dicuntur Preces. 105.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus; ut qui in tua protectione confidimus, cuncta nobis adversantia te adjuvante vincamus. Per Dòminum nostrum.

SABBATO.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio ij. *Cap. 8.*
In illo tempore: Perréxit Jesus in montem Oliveti, & diluculo iterum venit in templum. Et reliqua.

Homilla Sancti Augustini Episcopi. *Tract. 33. in Joan. post initium.*

Jesus perréxit in montem Oliveti: in montem fructuosum, in montem unguenti, in montem christi. Ubi enim decébat docere Christum, nisi in monte Oliveti? Christi unum nomen à Chrismate dictum est: chrisma autem Græcè, Latine unctio nominatur. Ideo autem nos unxit, quia luctatorem contra diabolum fecit. Et diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docébat eos: & non tenebatur, quia nondum pati dignabatur. Nunc jam attendite, ubi ab inimicis tentata sit Dòmini mansuetudo.

M. Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustias anime ejus, dum deprecaretur nos, & non audivimus: **V.** Idcirco venit super nos tribulatio.

V. Dixit Ruben fratribus suis: Numquid non dixi vobis, Nolite peccare in pierum, & non audistis me? Idcirco venit.

Lectio ij.

Ad ducunt autem illi Scribae & Pharisei mulierem in adultério deprehensam, & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adultério: in lege autem Mòyses mandavit nobis hujusmodi lapidaretur ergo quid dicis? Hæc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum. Unde accusare? Numquid ipsum in aliquo facinore deprehenderant, aut illa mulier ad eum

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus; ut qui se affligendo carnem, ab alimentis abstinent, sectando justitiam, à culpa jejūent. Per Dòminum.

Ad Vesperas, Capitulum.

Galat. 4. c.

Fratres, Scriptum est: Quòniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repositionem: quæ sunt per allegoriam dicta.

Hymnus.

Audi, benigne Cònditor, Nostras preces cum flētibus
In hoc sacro jejūnio
Fusas quadragenario.
Scrutator alme còrdium,
Infirma tu scis virium,
Ad te reversis exhibe
Remissionis grām.
Multum quidem peccavimus
In Spiritu sancto Propheta prædixerat.
Cùm loqueretur, veritas agnoscebatur: cùm adversus inimicos non moveretur, mansuetudo laudabatur.
Cùm ergo de duobus istis, id est, de veritate, & mansuetudine ejus, inimici libere & invidia torquerentur: in tertio, id est justitia, scandalum posuerunt.

V. Lamentabatur Jacob de duobus filiis suis: Heu me dolens sum de Joseph perditò, & tristis nimis de Benjamin ducto pro alimentis: **V.** Precor celestem Regem, ut me dolentem nimium faciat eos cernere. **V.** Prostrans se Jacob vehementer cum lacrymis pronus in terram, & adorans, ait. Precor. Glória. Precor.

Ad Magnificat, Antiphona.

Nemo te condemnavit, mulier? Nemo Dòmine. Nec ego te condemnabo: jam amplius noli peccare.

Oratio.

Concede, quæsumus omnipotens Deus; ut qui ex merito nostre actionis affligimur, tue gratie consolatione respiremus. Per Dòminum.

DO-

eum aliquo modo pertinuisse dicebatur?

V. Dixit Ruben fratribus suis: Numquid non dixi vobis, Nolite peccare in pierum, & non audistis me? **V.** En sanguis ejus exquiritur. **V.** Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustias anime ejus, dum deprecaretur nos, & non audivimus. En sanguis.

Lectio ij.

Intelligamus, fratres, admirabilem mansuetudinem in Dòmino fuisse. Animadvertunt eum nimium esse mitem, nimium esse mansuetum. De illo quippe fuerat antè prædictum: Accingere gladio tuo circa femur tuum, potentissime. Specie tua, & pulchritudine tua intendens, prospere procedere, & regnare: propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Ergo attulit veritatem ut doctor, mansuetudinem ut liberator, justitiam ut cognitor. Propter hæc eum esse regnaturum in Spiritu sancto Propheta prædixerat. Cùm loqueretur, veritas agnoscebatur: cùm adversus inimicos non moveretur, mansuetudo laudabatur.

V. Lamentabatur Jacob de duobus filiis suis: Heu me dolens sum de Joseph perditò, & tristis nimis de Benjamin ducto pro alimentis: **V.** Precor celestem Regem, ut me dolentem nimium faciat eos cernere. **V.** Prostrans se Jacob vehementer cum lacrymis pronus in terram, & adorans, ait. Precor. Glória. Precor.

Ad Benedictus, Antiphona.

Inclinavit se Jesus, & scribebatur in terra: Si quis sine peccato est, mittat in eam lapidem.

Deinde dicuntur Preces. 49.